

1520<sup>o</sup> 16 Martio<sup>o</sup> v. Aprili.

Ex MS archi. Stan. Aug. Reg.

373

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis  
vice cancellarius

Joanni Chocienski Archidiacono Cracovi-  
ensi secretario regio.

106

Venerabilis domine frater in Christo charissime  
Scribimus Majestati regie intercedentes pro Jo-  
anne Nienpex, ut liber tandem sub cautione  
fidejussoria dimitteretur, quo miser non contabe-  
sceret in squallore carceris, et uxorem et libe-  
ros sua industria, et negotiandi peritia mi-  
trare possit. Scribimus item et pro isto Nauta  
Joanne Same qui condemnatus similiter fuit  
ad carceres, sed postea benignitate Majestatis  
regie dimissus, is petit ut possit libere na-  
vigare per maria, et victum sibi querere,  
et si quando vi ventorum pelleretur ad  
mare Gedanense, ut ibi libere stare possit,  
cum navi sua, civitatem tamen Gedanensem  
intra unum medium milliare non adeat.  
Rogamus vos adjunctis apud Majestatem  
regiam preces nostras quas facimus, pro  
ambobus his miseris captivis, et bene vale-  
te. Datum in Rodziczyn feria secunda 16<sup>o</sup>  
scho, anno domini.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*